



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 81. Imperator Græcorum cum Patriarcha Venetiis appulsus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV.  
A.C. 1438.

§. LXXXI.

*Imperator Græcorum cum Patriarcha Venetiis appulsus.*

*Acta Patrit.*  
*to. 13. Conc.*  
*p. 1555.*

Interea Græci, qui die vigesima quarta Novembris elapsi anni ex Constantinopolitano portu solvebant, post diuturnam æque ac molestam navigationem die octava Februarii Venetias pervenerunt. Joannem Emanuelem Palæologum Imperatorem comitabantur Patriarcha Constantinopolitanus, & Despotes Demetrius Cæsaris frater præter Metropolitanus, Episcopus, Abbates & Monachos Doctrinæ laude præstantissimos. Hos inter merito numerantur Marcus Eugenius celebris Monachus, nuper ad Archiepiscopalem Sedem Ephesinam euectus; Dionysius Sardinum, & Bessarion Niceæ Archiepiscopi, qui totius Ecclesiæ Græcæ nomine in Synodo verba facerent; item Dorotheus Archiepiscopus Trapezuntinus; Antonius Heracleensis; Metrophanes Cyzicenus, Macarius Nicomediensis; Ignatius Tirnoviensis; Dositheus Mendenbasiensis; Dorotheus Mitylenensis; Josaph Amasiensis; Damianus Muldoblachiensis; Nathanael Rhodius, omnes Metropolitanæ. Præterea advenerant Lacedæmonius, & Stauroplitanus Archiepiscopi; Matthæus Melenicensis; Dositheus Dramensis; Gennadius Ganensis; Calistus

stus Distrensis; Sophronius Anchialiensis sæcul. XV.  
 unacum Isidoro Kioviensi Archiepiscopo, A. C. 1438.  
 Ruffiæ Metropolitanæ; Omnes igitur primi  
 Ordinis Prælati erant numero viginti &  
 unus, meritōrum vero gloria omni nu-  
 mero majores. Ex Prælatiſ ſecundi Or-  
 dinis præcipui eminebant Theodorus  
 Xantopulus Diaconus, Constantipolitanæ  
 Eccleſiæ Archi-Sacellanus; Michael Bal-  
 ſamon Magnus Chartophylax, & ejus-  
 dem Eccleſiæ Archidiaconus; Syropu-  
 lus Magnus Eccleſiarcha, qui idem Con-  
 cili Florentini Hiſtoriam concinnavit;  
 Georgius Capadox primarius judex, plu-  
 resque alii ejusdem Eccleſiæ Miniſtri. In-  
 ter Monachos veniebant, Gregorius Im-  
 peratoris Confefſarius, qui Florentiis Pro-  
 toſyncellus creatus eſt; Gerontius Hie-  
 romonachus, & Monafterii Pantocratoris  
 Abbas, item Caleſii & S. Blaſii Monaste-  
 riorum Abbates; Moyſes Monachus mo-  
 naſterii magnæ Lauræ in monte ſancto;  
 Pacomius Abbas ſancti Pauli; Dorotæus  
 Monachus Bacopedenſis; Athanaſius  
 Monafterii peribleti Monachus; Gemi-  
 ſtius doctrina celebris, Beſſarionis & Mar-  
 ci Ephefini Magiſter, necnon Ameruntza  
 Philoſophus; Georgius Scholarius, plu-  
 resque alii, cum reliquis Imperii Magna-  
 tibus, quorum omnium cenſum ad ſe-  
 ptingentos aſcendiſſe, Juſtinianus perhi-  
 bet, additque, hunc numerum in pactis  
 cum

*Juſtin. Aſt.*  
*Concil. Fer-*  
*rar.*

Sæcul. XV. cum Græca Ecclesia definitum fuisse  
 A.C. 1438. Imperator ab Alexandrino, Antiocheno  
 & Jerosolymitano Patriarchis deman-  
 dandæ auctoritatis literas sibi consignari peti-  
 tandas Prælati, qui eas Synodo exhibe-  
 berent.

## §. LXXXII.

*Imperator Græcorum Venetias in-  
gressus.*

*Acta Conc.  
 Flor. to. 13.  
 Conc. Labb.  
 p. 6.*

Cunctis igitur Venetias venientibus, Im-  
 perator sequenti die, quæ erat Domi-  
 nica septuagesimæ, insigni pompa, atque  
 insolita prorsus magnificentia sub im-  
 mera populi frequentia Urbem ingredie-  
 batur. Ipse Dux cum Senatoribus suis  
 ad Sancti Nicolai oppidum, vulgo de *La-  
 do* dictum, obviam factus est Cæsari, et  
 que eundem navi, quam Bucentaurum  
 vocant, auro copiose vestita, ac sericis  
 fabre ornata excepit, comitantibus quo-  
 que duodecim triremibus splendidissimi  
 apparatu instructis; tantaque circum-  
 cum erat phaselorum multitudo, ut ea  
 eorum numero ipsum mare vix non ob-  
 tegeretur. Postquam igitur Imperator  
 conscensa navi solio non pretio minus  
 quam arte præclarissimo insidens, debi-  
 tos honores a Duce, totoque ejus Senato-  
 tu sibi delatos ritu solemniter recepit, et  
 dein in altum devectus, ad meridiem Ve-  
 netiarum